



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

23.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

mentum condere possit; vel inhabilitet personas jure communi habiles, v. g. ut uxor marito per ultimam voluntatem relinquere nihil possit: utroque casu videtur extendi etiam ad bona alibi sita: quia dispositio statuti directè non fit de bonis, sed de personis, quatenus in hoc territorio testamentum condunt. Respondet tertio. *Sanch: lib: 3. de matr: disp: 18. q. 4.* Non esse in probabile, quòd etiam peregrini tali statuto, vel consuetudine habilitante personas ad contrahendum vel testandum frui possint, sic enim ait docere *Barth: cit: L. 1. n. 26. Bald: n. 13.* quod advena in locis, ubi Trid: Concilium non obligat, validè contrahat matrimonium absque Parochi præsentia. *Addo* tamen inhabilitatem testandi peregrinos non contrahere ex statuto loci, cuius jurisdictioni non subjiciuntur: quia licet se legibus ac moribus eorum, inter quos morantur accomodare possint in favorabilibus, non tamen obligantur in odiosis. *Laym: lib: 1. cap: 12.*

23. An statutum in provincia, ut masculi succedant exclusis foeminis exten-

datur bona extra territorium sita? & num  
 incolas tantum obligat, an etiam exter-  
 nos, vel advenas? Resp: 1. Si statutum  
 directè disponit de rebus, v. g. *possesiones  
 perveniant ad masculos fœminæ autem dote mo-  
 deratâ contentæ sint*, non extenditur ad pos-  
 sessiones extra territorium sitas: obligat  
 autem jam extraneos si in regione posses-  
 siones habeant; *Barth: ex comm: in cit. l. 1.*  
 Resp: 2. Si statutum absolutè disponat de  
 personis v. g. ut masculi in hæreditatibus  
 succedant fœminis exclusis, tum peregrin-  
 os & extraneos non comprehendi. *Barth:  
 thol: ibid. Felin: in cap. ult. n. 4. de foro com-  
 ped erga incolas, seu subditos videtur  
 extendere ad bona etiam alibi sita. sup-  
 conclus: præced: resp: 2. contra Barth.*

24. Tali tamen statuto inhabilitant  
 personas ad donandum vel testandum  
 berare se possunt incolæ si extra territor-  
 um egressi alibi, ubi lex non viget, actum  
 perficiant. *Sanch: cit. q. 4. cont: Barth: Bald:  
 in l. 1. C. de Sum: Trin.* Et valebit actus saltem  
 mero jure (quandoq; autem ob fraudem  
 rescindi poterit) cum hoc discrimen  
 inter statutum & Superioris præceptum